



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus Practicus De Casibus Summo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionum Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

4. De Interdicto, quod Religiosi non observant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**



III. Religiosi sine licentia suorum Prælatorum Claustro ad studia Iure non prohibita egressi.

*Cit. Cap. ut periculosa.*

Sermo est de iis, qui ita Claustro egrediuntur studiis operam nauaturi, ut longiusculè emanent extra Claustum, ad hoc enim requiritur Prælati licentia, *cit. Cap. Sayr. c. 33. à num. 1.* neque iste casus habet adnexam excommunicationem reseruatam.

IV. Religiosi tum exempti tum non exempti Interdictum nõ seruantes, vel cessationem à Diuinis, si illud seruetur ab Ecclesia Cathedrali, Matrice, vel Parochiali Oppidi.

*Clement. l. 5. tit. 10 de sent. excom. Cap. Ex frequentibus.*

Debet verò Interdictum esse & Generale & locale, & impositum à Papa vel eius Delegato, vel iure communi, vel ab Ordinario.



nario loci aut eiusdem Vicario ex speciali mandato, atque si seruetur etiam à Matrice Ecclesia seu Parochiali vbi Baptismus solet conferri. v. g. quando Parochus seruat, seruare etiam Sacellanus debet, quando Sacellum Parochiæ, tanquam Matri adhærescit. Imò addit *Nau. c. 27. num. 147.* Censuras & interdicta tam à Papa quàm Ordinario manantia teneri Religiosos ( nisi Priuilegia aliud permittant ) mandante Episcopo in suis Ecclesiis seruare & promulgare, *vide Concil. Trid. Sess. 25. c. 12. de Regularibus.* Non est reseruata excommunicatio. *plura infra p. 2.*

V. Cogentes aliquam Virginem, viduam, aut quamcunque mulierem inuitam, præterquam in Casibus à iure [ A ] expressis ad suscipiendum habitum Religiosum vel emittendam Professionem. Quique consilium, auxili-  
um,